Staats- und Universitätsbibliothek Bremen

Gefördert durch DFG Deutsche Forschungsgemeinschaft

Staats- und Universitätsbibliothek Bremen

DFG-Projekt "Personales Gelegenheitsschrifttum in der SuUB Bremen (16. bis 19. Jhd.). Digitalisierung und Erschließung."

Rector & Professores P. Illustris Scholæ Bremensis Lectori S.

Meier, Gerhard

[Erscheinungsort nicht ermittelbar], 1747-01-19

VD18 90464788

Staats- und Universitätsbibliothek Bremen

Signatur: brem.a.0619-68

urn:nbn:de:gbv:46:1-181241

Visual Library

RECTOR & PROFESSORES P.
ILLUSTRIS SCHOLÆ BREMENSIS
LECTORI S.



Septimum quemque ætatis annum, mortalibus maximè notabilem imò fatalem esse, vetus, nec adhucdum multorum animis penitus excussa, est opinio. Scilicet conferunt hanc, fortè ex traditione, quæ ad illos manaverat, quòd ipse Deus ad digerendos observandosque certos temporum articulos, aut alios calculos inundo imponendos numerum septies delegerit, hunc extraordinarium quid non solùm in se continere, sed & peculiarem ad ipsorum hominum fatum atque fata relationem habere. SENECA, Stoicæ quondam scholæ celeberrimum nomen, abdita naturæ arcana, quæ plenè assequi non datur, enumerans, *de Beneficiis* Lib. VII. Cap. I. inter alia ait: *Licet nescias, quæ ratio Oceanum effundat ac revocet: quare* SEPTIMUS QUISQUE ANNUS ÆTATI SIGNUM IMPRIMAT. Imò M. VARRONEM prisci literarum, qui inscripti sunt, *Hebdomades* vel *de imaginibus: pericula quoque vitæ fortunarumque hominum, quæ climacteras Chaldæi appellant, gravissimos quoque fieri affirmasse septenarios*, testis est A. GELLIUS Noct. Attic. Lib. III. Cap. X. Hinc nata passim annorum αἱμαξίων & κλιμακτήρων, atque eorum quidem imprimis ἑβδομάδων, ut ab *annulis*, seu *anni quique*, de quo idem sentiebant, distinguerentur, in vulgus nota, quin & ἑβδομάδες κλιμακτῆρες ἀγωγοὶ VETTII VALENTIS scripta appellatio. Quantoscunque autem hæc sententia Patronos aut quondam invenerit, aut etiamnum fortè habeat, anilibus illam fabulis, quas vel astuta fraus, vel pertici ævi simplicitas nimiaque credulitas, vel multorum denique malorum terra atque inventrix superstitio excogitavit foviitque, accensendam esse nulli dubitamus. Nullus enim naturalis nexus ostendi, aut vel cogitatione concipi potest inter ejusmodi annum, qui nil nisi certam successivæ durationis dimensionem atque denominationem dicit, & ipsa hominis fata. Inprimis cùm ad hæc sæpe, spontaneam determinatio, fortuita, ut eos appellamus, casus, & diversarum secundarum externarumque causarum concursus plurimum conferat. Quòd si certâ & *semsibi annorum lege*, ut PLINIO loquitur, hæc eventirent, nulla foret ratio cur non eadem in omnibus fine discrimine hominibus vim suam exerceret, sed quidam illi adstricti essent, dum alii contrà eadem non tenerentur. Ariolos dicas in pleriaque tamen id observari: verùm uti ne sic quidem dubium solveris, cur quod in plerisque, idem non etiam in omnibus locum habeat, ita te ipsa stultorum magistra experientia haud refutabit. Non enim crede vanis narratiunculis aut his illisve tibi fortè obvenientibus exemplis, sed eorum, qui pluribus retrò annis in societate quadam fatis functi sunt, numerum antèque supputa, ipséque mox deprehendes, non pluribus septenum quendam vitæ suæ, quàm alium quemcunque annum fatalem fuisse. Quòd si omninò talis lex fixa foret, ea vel ipsum Deum auctorem, vel aliam quandam causam haberet. Posterius si dicas, hominem ejúsque vitam & fata providentiæ illius, à quo vitam & halitum & omnia habet, temerario ausu subducis, & aperti causâ independentem reddis, ipsóque adeò actu nihilo plus ages, quàm si des operam ut cum ratione insanias: si prius, temeritatis notam minimè effugies, cùm non solùm affirmando probare nequeas, sed & ipsius Spiritûs in verbo loquentis testimonio non obscurè obloquaris. Nullibi certè illic hominum fata, à quadam annorum periodo, sed ipsius ponius Dei determinatione, nutu atque arbitrio pendere dicuntur, *qui dies nostros scripsit in libro suo, antequam eorum unus fuit.* Ps. CXXXIX. 16. *Decisus ergo esse dies hominis, numerum mensium ejus apud eum esse, ipsumque constituisse limites ejus, quos transgredi nequeat.* Job. XIV. 5. *Eundem reducere hominem ad comminutionem, dicéndo, revertimini filii hominis.* Psalm. XC. 3. Sapientis igitur Christiani hominis est, Deum solum vitæ necisque arbitrum agnoscere, nulli annorum numero magis quàm siderum influxui fata sua vitæque terminum tribuere, sed illius unice liberum beneplacitum supremámque potestatem venerari, qui fata mortalium solus dispensat, & quo *Spiritum suum emittente cuncta creantur, quo eundem auferente exspirant, & in pulverem revertantur.* Ps. CIV. 29. Talis cum sciat, Deum, qui caliginosâ nocte futurorum eventum premit, annorum quoque numerum mortalibus annumerandorum sibi soli reservasse, singulos autem tales esse posse, omnes pro climactericis reputabit, cunctósque eorum dies ita numerabit, ut, si eorum ultimus improvisò supervenisat, se minimè imparatum offendat. Non abs re hanc propiori examini subjicienda nobis videbuntur, occasione funeris, quòd hodie indicendum veniebat, *Viri Nobilissimi Spectatissimique* GERHARDI MEIERI, Reip. patriæ à Secretis, qui his dictionibus, ut vulgo numeratur, anno climacterico, Deo ita jubente, supremum diem obiit. Indulserat ipsi divina benignitas splendidissimos multisque prærogativis inclytos natales. *Pater* hic Bremæ A. CIↃIↃCXII. a. d. XXV. Dec. editus est, Viro perquam *Magnifico, Nobilissimo* atque *Consultissimo*, DIDERICO MEIERO, JCto Excellentissimo, per XXX. additorum annos primùm patriæ Senatore, per quinque autem jam Consule, de omni republicâ multis modis optimè merito, & adhuc indies merente, cui supremum Numen annos filio huic adempto superaddat! Matre verò, *Nobilissimâ* multisque sexûs sui laudibus decorata Matronâ, GERTRUDE TILEMANNIA dicta SCHENCK. Non minus celebria sunt avita stemmata materna. *Paternum* enim *Avus* id ornabat Vir *Nobilissimus, Amplissimus* atque *Consultissimus* GERHARDUS MEIERUS, U. J. D. & in illustri primùm Lyceo Professor Celeb. dein *Senator* eorundem, qui inprimis indefesso labore utilissimam patriæ operam præstitit: *Avia, Nobiliss.* insignibúsque dotibus conspicua Matrona ALMATA a CAPPELN, filia T. T. *Magnif. Consulis* DIDERICI a CAPPELN & T. T. GEBECCÆ WACHMANNÆ, *Excellent. Syndici* T. T. JOHANNE WACHMANNO & T. T. ALMATA HOLLENIA, natæ. *Proavus*, T. T. ARNOLDUS MEIERUS, *Magnarius* ex præcipuis, & Spectabilis Collegii Senatorum membrum: *Proavia*, T. T. ANNA NEUMANNIA, cui *pater* obtigerat T. T. EBERHARDUS NEUMANNUS, Mercator itidem florentissimus, *Mater* T. T. ANNA NAGELIA. *Abavus*, T. T. GERHARDUS MEIERUS, *Negotiator* quoque integerrimus, *Abavia*, T. T. METTA VERDENHALVEN, T. T. JOHANNIS VERDENHALVEN, *Senatoris Wildeshusani*, & T. T. WENDELINÆ HAKEN, filia. *Materni genus* decoravit *Avus, Vir Magnificus, Nobilissimusque Consultiss.* FRIDERICUS CASIMIRUS TILEMANNUS, dictus SCHENCK, JCtus *Eminentiss. Comes Palatin. Cæsar. & Professor* Juris Clarissimus tandémque *Consul Senior: Avia, Altera Nobilissima* T. T. REBECCA SURBICKENIA, filia T. T. LUDERI SURBICKEN, *Magnarii* inclyti, & T. T. METTÆ ESICHIÆ, patre T. T. HERMANNO ESICHIO, Reip. *Senatore* edita. *Proavum* ejusdem stemmatis nactus est, T. T. JOHANNEM TILEMANNUM, dict. SCHENCK, insignem JCtum, Illustriss. Comiti Schaumburgico *à Consiliis Ecclesiast. & Satrapæ* in *Krudenburg & Schlangenbolz*, mox Reip. hujus *Syndicum* & denique *Senatorem* gravissimum. *Proavium*, T. T. SOPHIAM HELENAM von der BRUGGEN, filiam, T. T. THEODORI von der BRUGGEN, Equestris Ordinis in ducatu Clivensi *Syndici, Consulisque* urbis Vesaliæ *Senioris*, & T. T. GERTRUDIS ESSENS, quæ patre gavisa est, T. T. JOHANNE ESSENS JCto, Cameræ Imperialis, Spiræ Nemetum tum temporis sedem habentis, *Assessore*, dein Serenissimo Electori Brandenburg. per ducatum Clivensem *à consiliis intimis*. *Abavum*, T. T. JOHANNEM TILEMANNUM dict. SCHENCK; Illustriss. Comiti Lippiaco à consiliis aulicis: *Abaviam*, T. T. MARGARETHAM BORGGRAVINGIAM, T. T. BONAVENTURÆ BORGGRAVINGII, filiam, Amisit quidem defunctus unicum annum natus carissimam matrem, sed jacturam hanc feliciter sarsit providum Numen, Nobilissimâ pientissimâque Matronâ METTA BENDLERENIA, T. T. CHRISTOPHORI BENDLERENII, dum fata ineunte, *Magnarii felicissimi, Collegii Senatorum* membri, tandémque *Senatoris*, nec non *Aedilis* ad Div. Virg. gravissimi, & T. T. METTÆ ELDERHORSTIÆ, filiâ, quæ secundis nuptiis à Magnifico Consule domum ducta, ejus educationi omnibus modis optimè consuluit. Et licèt hanc quoque præmaturâ morte è vivis ereptam, & hoc damnum Dei benignitas abundè reparavit, cùm Magnificus Parens tertias vovis sibi jungeret, sexûs sui præcipuum decus, nostrisque laudibus majorem, Nobilissimam Matronam METTAM SCHÖNEI, *Nobiliss. atque Consultiss.* Viri JOHANNIS SCHÖNEI, U. J. D. & Advocati Celeb. nec non *Nobiliss. & Prudentiss. Matronæ* METTÆ HARMENIÆ dignissimam unicumque filium, quæ amore verè maternò complexa, non minorem ipsi quam reliquis propriisque carissimis liberis curam impendit. Ut tanto flammâ dignus evaderet furculus, sexto jam ætatis anno in ludum litterarium missus, eóque solatio præceptoris ad discendi facilitatem promotus est: ubi in humanioribus audivit Cel. *Hoogherstium*, in Philosophiâ Clarissimum avunculum, *Arnoldum Meierum*, in Jure autem patrium tum temporis adhuc superstitem Cl. ANT. THOMANNUM, alterum Celeberrimi nominis avunculum JOH. SCHÖNEUM. Relictâ patriâ, Senatûsque

1747. q 21 b
68.



RECTOR & PROFE
ILLUSTRIS SCHOLÆ BR
LECTORI S.



Septimum quemque ætatis annum, mortalibus maximè notabi
multorum animis penitùs excussa, est opinio. Scilicet censen
dósque certos temporum articulos, aut alios calculos ineundos
& peculiarem ad ipsorum hominum statum atque fata relation
plenè assequi non detur, enumerans, *de Beneficiis* Lib. VII. C
ANNUS ÆTATI SIGNUM IMPRIMAT. Imò M. VARRONEM
que hominum, quos climacteras Chaldæi appellant, gravissimos
passim annorum κλιμακτήρων & κλιμακτηρικῶν, atque horum quidem
nota, quin & ἑβδομαδικῆς κλιμακτῆρος ἀγωγῆς VETTIO VALENT
etiamnum fortè habeat, anilibus illam fabulis, quas vel astuta fraus, vel prisci ævi simplicitas
fovitque, accensendam esse nulli dubitamus. Nullus enim naturalis nexus ostendi, aut vel cum
sionem atque denominationem dicit, & ipsa hominis fata. Inprimis cùm ad hæc sæpe, spontanea
causarum concursus plurimum conferat. Quòd si certâ & *scansili amorum lege*, ut PLINIO
suam exerceret, sed quidam illi adstricti essent, dum alii contrà eadem non tenerentur.
plerisque, idem non etiam in omnibus locum habeat, ita te ipsa stultorum magistra experientia
emplis, sed eorum, qui pluribus retrò annis in societate quadam fatis functi sunt, numerum
alium quemcunque annum fatalem fuisse. Quòd si omninò talis lex fixa foret, ea vel ipsum
& fata providentiæ illius, à quo vitam & halitum & omnia habet, temerario ausu subduces,
cum ratione insanias: si prius, temeritatis notam minimè effugies, cùm non solùm affirmare
quaris. Nullibi certè illic hominum fata, à quadam annorum periodo, sed ipsius potius Dei
eorum unus fuit. Ps. CXXXIX. 16. *Decisos* ergo *esse dies hominis, numerum mensium ejus*
hominem ad comminutionem, diceréque, revertimini filii hominis. Psalm. XC. 3. Sapientis igitur
numero magis quàm siderum influxui fata sua vitaëque terminum tribuere, sed illius unice
quo *Spiritum suum emittente cuncta creantur, quo eundem auferente exspirant, & in pulverem*
annorum quoque numerum mortalibus annumerandorum sibi soli reservasse, singulos autem
eorum ultimus improvisò superveniat, se minimè imparatum offendat. Non abs re hæc
Viri Nobilissimi Spectatissimique GERHARDI MEIERI, Reip. patriæ à Secretis, qui his di
dulserat ipsi divina benignitas splendidissimos multisque prærogativis inclytos natales. *Patr*
atque *Consultissimo*, DIDERICO MEIERO, JCTo Excellentissimo, per XXX. admodum
optimè merito, & adhuc indies merente, cui supremum Numen annos filio huic adempt
TRUDE TILEMANNIA dicta SCHENCK. Non minus celebria sunt avita stemmatis
HARDUS MEIERUS, U. J. D. & in illustri primùm Lyceo Professor Celeb. dein *Senator*
búsque dotibus conspicua Matrona ALMATA A CAPPELN, filia T. T. *Magnif. Consul.*
JOHANNE WACHMANNO & T. T. ALMATA HOLLENIA, natæ. *Proavus*, T. T.
Proavia, T. T. ANNA NEUMANNIA, cui *pater* obtigerat T. T. EBERHARDUS
GERHARDUS MEIERUS, *Negotiator* quoque integerrimus, *Abavia*, T. T. METTA
WENDELINÆ HAKEN, filia. *Maternum genus* decoravit *Avus*, *Vir Magnificus*,
Eminentiss. Comes Palatin. Cæsar. & *Professor* Juris Clariss. tandémque *Consul Senior: Avia*,
guarii inclyti, & T. T. METTÆ ESICHIÆ, patre T. T. HERMANNO ESICHIO, Reip.
SCHENCK, insignem JCTum, Illustriss. Comiti Schaumburgico *à Consiliis Ecclesiast.* &
Proaviam, T. T. SOPHIAM HELENAM von der BRUGGEN, filiam, T. T. THEODOR
nioris, & T. T. GERTRUDIS ESSENS, quæ patre gavisa est, T. T. JOHANNE ESSENS
mo Electori Brandenburg. per ducatum Clivensem *à consiliis intimis*. *Abavum*, T. T. JOHA
T. T. MARGARETHAM BORGGRäVINGIAM, T. T. BONAVENTURÆ BORGGRä
hanc feliciter sarsit providum Numen, Nobilissimâ pientissimáque Matronâ METTA BENE
legii Seniorum membri, tandémque *Senatoris*, nec non *Ædilis* ad Div. Virg. gravissimi, & T.
ejus educationi omnibus modis optimè consuluit. Et licèt hæc quoque præmaturâ morte è vivis
sexûs sui præcipuum decus, nostrisque laudibus majorem, Nobiliss. Matronam METTAM SCHÖNE
Præstantiss. Matronæ METTÆ HARMESIÆ dignissimam unicámque filiam, quæ amore verè matr
stemmate dignus evaderet surculus, sexto jam ætatis anno in ludum litterarium missus, eóque sedulo
riss. avunculum, *Arnoldum Meierum*, in Jure autem præter tum temporis adhuc superstitem Cl. ANT.
est operâ Nobiliss. Consil. aulici & Prof. ROTHII, dein Ultrajecti *Excellentissimi* nunc urbis nostræ
dit, donec illic studiorum academicorum filum abrumperetur, cùm A. clɔlɔccxxx. a. d. VIII. Dec. ipsi
riori ad vitæ finem usque tuitus est. Ad vitam morésque quod spectat, celebratur inter alia in ipso
inprimis erga pauperes. Valetudine quidem frui videbatur non infirmâ, sed quæ tussi ficcâ aliquot jam
cum incommodis pectoris & respirandi difficultate, tandémque serpente continuâ febri, ita corpus
dies impleverat, primâ noctis inter XVII. & XVIII. labentis mensis horâ, placidâ morte è vivis
sima studiosæ juventutis concio, noster amor, quod Magnifico Consuli, summo Musarum Patrono,
diffidens annis, mortis, quæ singulis tibi obvenire potest, semper memor vive, téque ad illam sollicitè

OFESSORES P.
LÆ BREMENSIS
ORI S.

s maximè notabilem imò fatalem esse, vetus, nec adhucdum
teres, fortè ex traditione, quæ ad illos manaverat, quòd ipse Deus ad digerendos observan-
enarium numerum sæpius delegerit, hunc extraordinarium quid non solùm in se continere, sed
abere. SENECA, Stoicæ quondam scholæ celeberrimum nomen, abdita naturæ arcana, quæ
inter alia ait: *Licèt nescias, quæ ratio Oceanum effundat ac revocet: quare* SEPTIMUS QUISQUE
librorum, qui inscripti sunt, *Hebdomades* vel *de imaginibus: pericula quoque vitæ fortunarúm-*
e fieri affirmasse septenarios, testis est A. GELLIUS Noct. Attic. Lib. III. Cap. X. Hinc nata
imis ἑβδομαδικῶν, ut ab ἐννεαδικοῖς seu *nono quoque*, de quo idem sentiebant, distinguerentur, in vulgus
surpata appellatio. Quantoscunque autem hæc sententia Patronos aut quondam invenerit, aut
áque credulitas, vel multorum denique malorum lerna arque inventrix superstitio excogitavit
tione concipi potest inter istiusmodi annum, qui nil nisi certam successivæ durationis dimen-
ejus determinatio, fortuiti, ut eos appellamus, casus, & diversarum secundarum externarúmque
lacer, hæc evenirent, nulla foret ratio cur non eadem in omnibus sine discrimine hominibus vim
è dices in plerisque tamen id observari: verùm uti ne sic quidem dubium solveris, cur quod in
trò refutabit. Non enim crede vanis narratiunculis aut his illísve tibi fortè obvenientibus ex-
ímque supputa, ipsêque mox deprehendes, non pluribus septimum quendam vitæ suæ, quàm
auctorem, vel aliam quandam causam haberet. Posterius si dicas, hominem ejúsque vitam
rimâ causâ independentem reddes, ipsóque adeò actu nihilo plus ages, quàm si des operam ut
od probare nequeas, sed & ipsius Spiritûs in verbo loquentis testimonio non obscurè oblo-
ninatione, nutu atque arbitrio pendere dicuntur, *qui dies nostros scripsit in libro suo, antequam*
m esse, ipsúmque constituisse limites ejus, quos transgredi nequeat. Job. XIV. 5. *Eundem reducere*
dicam Christiani hominis est, Deum solum vitæ necísque arbitrum agnoscere, nulli annorum
num beneplacitum supremámque potestatem venerari, qui fata mortalium solus dispensat, &
rtuntur. Ps. CIV. 29. Talis cum sciat, Deum, qui caliginosâ nocte futurorum eventum premit,
es esse posse, omnes pro climactericis reputabit, cunctósque eorum dies ita numerabit, ut, si
iori examini subjicienda nobis videbantur, occasione funeris, quòd hodiè indicendum veniebat,
ainto, ut vulgo numeratur, anno climacterico, Deo ita jubente, supremum diem obiit. In-
im hîc Bremæ A. CIↃIↃCCXII. a. d. XXIV. Dec. editus est, Viro perquam *Magnifico*, *Nobilissimo*
primùm patriæ Senatore, per quinque autem jam Consule, de omni republicâ multis modis
gniter addat! Matre verò, *Nobilissimâ* multísque sexûs sui laudibus decoratâ Matronâ, GER-
na. *Paternus* enim *Avus* id ornabat Vir *Nobilissimus*, *Amplissimus* atque *Consultissimus* GER-
nus, qui inprimis indefesso labore utilissimam patriæ operam præstitit: *Avia*, *Nobiliss.* insigni-
IDERICI A CAPPELN & T. T. GEBECCÆ WACHMANNÆ, *Excellent. Syndico* T. T.
OLDUS MEIERUS, *Magnarius* ex præcipuis, & Spectabilis Collegii Seniorum membrum:
NNUS, Mercator itidem florentissimus, *Mater* T. T. ANNA NAGELIA. *Abavus*, T. T.
ENHALVEN, T. T. JOHANNIS VERDENHALVEN, *Senatoris Wildeshusani*, & T. T.
atque *Consultiss.* FRIDERICUS CASIMIRUS TILEMANNUS, dictus SCHENCK, JCTus
a Nobilissima T. T. REBECCA SURBICKENIA, filia T T. LUDERI SURBICKEN, *Ma-*
re editæ. *Proavum* ejusdem stemmatis nactus est, T. T. JOHANNEM TILEMANNUM, dict.
in *Krudenburg* & *Schlangenholtz*, mox Reip. hujus *Syndicum* & denique *Senatorem* gravissimum.
der BRUGGEN, Equestris Ordinis in ducatu Clivensi *Syndici*, *Consulís*que urbis Vesaliæ *Se-*
, Cameræ Imperialis, Spiræ Nemetum tum temporis sedem habentis, *Assessore*, dein Sereniss-
M TILEMANNUM dict. SCHENCK; Illustriss. Comiti Lippiaco à consiliis aulicis: *Abaviam*,
II, filiam. Amisit quidem defunctus unicum annum natus carissimam matrem, sed jacturam
NIA, T. T. CHRISTOPHORI BENDLEBENII, dum fata sinerent, *Magnarii felicissimi*, *Col-*
TTÆ ELDERHORSTIÆ, filiâ, quæ secundis nuptiis à Magnifico Consule domum ducta,
ar, & hoc damnum Dei benignitas abundè reparavit, cùm Magnificus Parens tertiis votis sibi jungeret,
Nobiliss. atque *Consultiss.* Viri JOHANNIS SCHöNEI, U. J. D. & Advocati Celeb. nec non *Nobiliss.* &
n complexa, non minorem ipsi quàm reliquis propriisque carissimis liberis curam impendit. Ut tantò
o ad altiora subsellia promotus est: ubi in humanioribus audivit Cel. *Havighorstium*, in Philosophiâ Cla-
IANNUM, alterum Celeberrimi nominis avunculum JOH. SCHöNEUM. Relictâ patriâ, Steinfurti usus
tunc adhuc inclyti illius Academiæ Professoris reliquorúmque Celeb. Collegarum ejus, disciplinæ se tradi-
issimis Proceribus honorificum Secretarii munus offerretur, quod & in judicio tam inferiori quàm supe-
s miniméque fucatus morum candor, cum studio atque alacritate aliis inserviendi, nec non liberalitate,
iis eum impetente pedetentim affligebatur, ad quam accedente, ultimo præcipuè anni quadrante, hæmoptysi
r, ut adhibitis frustrà exquisitissimis remediis, sub initium anni ætatis XXXV. cujus non nisi XXIV. priores
Ducta hodiè pompâ funebri mortales exuviæ avito in æd. D. Virg. sepulchro condentur. Tu verò lectis-
e Illustr. constituendæ quondam Duumviro debes, frequens in funus ito; inprimis autem nullis fidens aut
V. P. P. a. d. XXI. Januar. CIↃIↃCCXLVII.